

1158 S. THEOLOGIÆ LIB. IV.
ipius hic obtainemus, Eph. 1. v. 14. Coloss. 3. v. 4.

CAPUT VIGESIMUM,
De militia & cruce Christiana.

Hæc de statu bonorum operum: sequitur eorum exercitium, quod possum est tum in Christiana militia, tum in precatione.

I. Militia Christiana est constans renunciatio, quotidiana lucta & eterna inimicitia cum eo omni, quod DEO, regno & voluntati ipsius sanctæ adversatur.

Hæc militia armaturam spiritualem postulat, 2. Cor. 10. v. 3. 4. 5. 6. Et quicunque Dei amicus, immo filius & hæres est, is hostibus illius inimicatur & odit id omne, immo gladio verbi jugulat atque interficit, quod ipsi repugnat.

II. Sunt autem hic discernendi DEI hostes cum quibus luctandum, cause & principium militiæ Christianæ, arma, tyrocinium, duratio, brabéum.

III. Capitales Dei hostes, potissimum tres sunt, Satan cum armis suis peccato et morte, mundus & caro nostra.

IV. Satan est hostis DEI, qui inde à prin-